

Propheta unus accensus ad Achab regem, ait illi: Hæc dicit Dominus: Certe vidisti omnem multitudinem hanc nimiam? ecce, ego tradam eam in manu tua hodie: ut scias, quia ego sum Dominus. 3. Reg. 20. 13

Noluit audire Amasias, eo quod Dominus esse voluntas ut traderetur in manus hostium propter deos Edom. 2. Par. 25. 20. *Vide & similes de Ochozia c. 22. 7. Item de Josia c. 35. 21*

Tota horum historia est argumentum mira Dei providentia: uti & Esther que singulari Dei dispositione fit regina, ut populus Judaicus liberaretur ab exitu sibi parato. Item tota historia de Jona (qua legat & intelligit.) Job & Tob.

Christus monet discipulos suos ne sint solliciti de cibo & vestimento, sed se committant Divinae providentia, cuius multa adducit argumenta. Matt. 6. 25

Idem Salvator interrogat discipulos suos: Quando misit vos sine sacculo, & pera, & calceamentis, numquid aliquid desuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Luc. 22. 35

Salomon in Libro Sapientia longum textit panegyricum providentia Divina, cuiusque multa afferit exempla. Sapient. 10. & 11. Cap.

Providentia humana. Vide & Galernatio.

Gens absque consilio est, & sine prudentia. Utinam scirent & intelligerent, ac novissima providerent. Deut. 32. 28

Frustra autem jacitur rete ante oculos pennatorum. Prov. 1. 17

Audi consilium, & suscipe disciplinam, ut sis sapiens in novissimis tuis. Ibid. 19. 20.

Callidus vidit malum, & abscondit se: innocens pertrausit, & afflictus est damno. Ib. 22. 3

Alturus videns malum, abscondit se: parvuli transierunt sustinuerunt dispendia. Ib. 27. 12

In die bona fructe bonis, & malum diem precave. Eccl. 7. 15

Cogitationes enim mortalium timida, & incertæ providentiæ nostræ. Sap. 9. 14

Proximi dilectio. Vide dilectio & caritas proximi.

Proximi dampnum non inferendum. Vide dampnum.

TITULUS XXXVIII.

Prudentia.

Prudentia omnibus necessaria a Deo est.

DEt quoque tibi Dominus prudentiam & sensum (inquit David rex ad Salomonem,) ut regere possis Israel, & custodire legem Domini Dei tui. 1. Paral. 22. 12

Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne incertis prudentiæ tuæ. Prov. 3. 5

Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est: & pretiosus spiritus vir eruditus. 16. 17. 27

Vae qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Isa. 5. 21

Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columba. Matt. 10. 16

Et ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ, ut convertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, &c. Luc. 1. 17

Vae fili defensores, dicit Dominus, ut faceretis consilium, & non ex me: & ordiremini telam, & non per spiritum meum. Isa. 30. 1

Nam prudentia carnis mors est: prudentia autem spiritus, vita & pax. Rom. 8. 6

Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Ibid. 12. 16

Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse -- & prudentem. 1. Tim. 3. 2

Senes ut sobrii sint -- prudentes, similes & anni. Tit. 2. 2. v. 5

Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat: & dabitur ei. Jacob 1. 5

Omnium autem finis appropinquavit. Estote itaque prudentes, & vigilate in orationibus. 1. Petr. 4. 7

Prudentia & discretionis exempla.

Prudenter separavit se Abraham a Lot, ne pastores ad invicem litigarent. Genes. 13. 9. *Vide vers.*

Discrete divisit Abraham filius suis, duas viventes porciones, non post mortem ad invicem concertant. Ibid. 25. 5

Rebecca sagaciter instruxit filium suum Jacob, ut benedictionem patris sui consequeretur, & eum fecit recedere a partibus illis, donec requiesceret favor fratris Esau. Ibid. 27. 10.

Artem arte delusit Jacob pulere, quando volebat ei dare Laban mercedem, pro servitio comprehensum. Ibid. 30. 32

Sagaciter egit Jacob, quando debuit obviare irato fratri, quoniam munera ei misit, res suas divisit, ne uno furoris impetu totum perderet, & res nimis dilectas majori periculo exponeret. Ibid. 32. 3

Prudenter locutus est Joseph coram Pharaone, ei exponendo somnium, & contra futuram famem dando consilium. Ibid. 41. 33

Joseph fratres suos caute reprehendit & eis timorem iniecit. Ibid. 44. 10.

Bonum consilium dedit Isidro Moysi dicens: Provide autem de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint avaritiam, &c. Exod. 18. 21

Aut.

Antequam Moses invaderet terram promissionis, misit exploratores illos, ad considerandum conditiones sui. Num. 13. 3

Exploratores, quos misit Josue, prudenter laterunt, donec illi, qui quærebant eos, ad propria redirent. Josue 2. 4

Magna sagacitate usus est Josue, insidias ponendo juxta civitatem Hai, & fugam postea simulando. Ibid. 8. 15

Callide egregisse Gabaonites, voluerunt decipere Josue, sed ille eos discrete in servitium redegit. Ibid. 9. 7

Filii Israel, Phinees, & alii multi, ad filios Ruben misit, discrete locuti fuerunt, & illi eos verbis prudentissimis placaverunt. Ibid. 22. 30

Aod portans munera, Eglon ipsum altare decepit. Judic. 3. 17

Caute reprehendit Josue qui essent Ephraim, & qui Galnaadite, dicendo Sebiloth, dum illi respondere Siboleth &c. Ibid. 12. 6

Filii Israel pugnant contra illos de Benjamin, fugam ante simulaverunt, & sic eos a civitate extraxerunt, & penitus debellaverunt. Ibid. 20. 35

Dicens quibusdam de Saul: Num salvare nos poterit iste: & aspicientibus eum, ille vero dissimulabat se audire. 1. Reg. 10. 27

Egredivatur David ad omnia quæcumque misisset eum Saul, & prevaleret egredat. Ibid. 18. 5. *Vide idem v. 14*

David ceram Achis simulavit se esse satium, & quasi furentem, ut possit fugere ab eo. Ib. 21. 13

Agail prudenter placavit David iratum contra Nabal virum suum, item prudenter reprehendit virum suum. Ibid. 25. 18. v. 36

Prudenter cautela usus est Joab, ad hoc, ut per mulierem sapientem faceret Absalon revocari. 2. Reg. 14. 1

Sapienter mulier de Abela fecit recedere Joab ab obsidione civitatis. Ib. 20. 16

Audient Bethsabea, quod Adonias volebat regnare pro patre, sapienter locuta est ad David pro se, & filio suo Salomone. 3. Reg. 1. 5

Discretionem & sapientiam postulavit a Deo Salomon, quod multum placuit Deo: & eam sapientia alia multa concessit ei. Ibid. 3. 9

Salomon prudenter iudicavit inter duas mulieres, de unico filio contententes. Ibid. v. 25

Stuiose fecit Josue, prophetas Baal honorare se velle fingens, & postea illos occidit & altare Baal destruxit. 4. Reg. 10. 19

Stuiose & discrete Ezechias rex Juda prohibuit, ne populus nuntiis regi Assyriorum dicerentur blasphemias responderet, non enim expedit populum fidelem contra litigantes infideles dissipationes habere. Ibid. 18. 36. *Vide Isa. 36.*

Jojada Pontifex, volens constituere regem in Jerusalem Joas filium Joaram, valde caute se habuit, & prudenter. 2. Paral. 23. 10.

Ezechias intelligens regem Assyriorum contra Jerusalem advenurum, obscuravit capita fontium extra urbem, reparavit muros urbis, bellatores suos optimis sermonibus confortavit, & deinde ad precandam Dominum se convertit. Ibid. 32. 3

Cum magna discretionis, diligentia & sollicitudinis adfessis Nebuchadnezar munitum in circuitu Jerusalem. 2. Esdr. c. 2. 3. & 4

Cum remansisset in Jerusalem duodecim fuerat Jesus in medijs Doctorum, audens & interrogans illos, sequitur: Stupebant autem omnes, -- super prudentia & responsis ejus. Luc. 2. 47

Et laudavit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset. Ibid. 16. 8

TITULUS XXXIX.

Pseudopropheta.

Pseudopropheta non sunt audiendi.

SI surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit lignum atque portentum, & evenerit quod locutus est, & dixerit tibi: Eamus, & sequamur deos alienos quos ignoras, & serviamus eis: non audies verba prophete illius aut somniatoris: quia tentat vos Dominus Deus vester, &c. Deut. 13. 1

Propheta autem qui arrogantia depravatus, voluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præcepi illi ut diceret, aut ex nomine aliorum deorum, interficietur. Ibid. 18. 20.

Prophetas autem quidam senex habitabat in Bethel, ad quem venerunt filii sui, & narraverunt ei omnia opera, quæ fecerat vir Dei illa die in Bethel: & verba quæ locutus fuerat ad regem, narraverunt patri suo. 3. Reg. 13. 11. 4. Reg. 10. 19

Dixitque Elias ad eos (Achab) Apprehendite prophetas Baal, & ne unus quidem effugiat eis (erat enim 850.) Quos cum apprehendissent, duxit eos Elias ad Torrentem Gison, & interfecit eos ibi. Ibid. 18. 40. Cap. 22. 6, 10

Qui decipit iustos in via mala, in interitu suo corruiet: & simplices possidebant bona ejus. Prov. 28. 10

Vae impio in malum; retributio enim manus ejus fiet ei. Isa. 2. 11. Cap. 28. 7

Specula.

Speculatores ejus cæci omnes, nescierunt uniuersi: canes muti, non valentes latrare, videntes vana, dicentes vana, & amantes somnia. *1. a. 6. 10.*

Idcirco hæc dicit Dominus de prophetis, qui prophetaut in nomine meo, quos ego non misi, dicentes: Gladius & fames non erit in terra hæc: In gladio & fame consumentur prophetae illi. *Jerem. 14. 13.*

Vaticinantur prophetis æternum opprobrium, qui populum decipiunt, volentes ut obliuiscatur nomen Domini, & præstant absque Dei voluntate, sermonem Domini omni appellantes. *Idem. 23. Cap. 28. per totum.*

Vos ergo nolite audire prophetas vestros, & divinos, & somnatores, & augures, & maleficos, qui dicunt vobis: Non seruietis regi Babylonis, quia mendacium prophetaut vobis: ut longe vos faciant de terra vestra, & efficiant vos, & pereatis. *Idem. 27. 9.*

Hæc enim dicit Dominus exercituum Deus Israel: Non vos seducant prophetae vestri, qui sunt in medio vestrum, & divini vestri: & ne attendatis ad somnia vestra, quæ vos somnatis, &c. *Idem. 29. 8.* Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel ad Achab filium Coelii, & ad Selediam filium Mafise, qui prophetaut vobis in nomine meo mendaciter: ecce ego prædam vos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis: & percutiet eos in oculis vestris. *Idem. v. 21.*

Minatut Dominus pseudoprophetae ex suo cerebro dehiuantibus, populumque seducenibus, falsam promittendo pacem, & parietem lucæ absque paleis litendo, similiter & filius Israel de corde suo prophetantibus, & pulvis sub omni cubito conspuentibus. *Exech. 13.*

Et propheta cum erraverit, & locutus fuerit verbum: ego Dominus decepi prophetam illum, & extendam manum meam super illum: & delebo eum de medio populi meo Israel. *Idem. 14. 9. Amos 7. 10.*

Conjuratio prophetarum in medio ejus (terra Israel) sicut leo rugiens, rapientque prædam, animas devoraverunt, opes & pretium acceperunt, viduas ejus multiplicaverunt in medio illius. *Idem. 22. 27.*

Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos: nonne greges a pastoribus pascentur? *Idem. 23. 2. per totum caput.*

Hæc dicit Dominus super prophetas, qui seducunt populum meum: qui mordent dentibus suis, & prædicant pacem: & si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificabit super eum primum. *Michæ 3. 3.*

Et erit in die illa, & dicit Dominus exercituum: Dispersam nomina idolorum de terra, & non membrauerunt ultra: & pseudoprophetae, & spiritum immandum autem de terra. *Zach. 13. 2.*

Attendite a falsis prophetis, qui veniant ad vos in vestimentis orium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. *Mate. 7. 15. Cap. 24. 11.*

Attendite (dicit Jesus discipulis suis) a sermone Phariseorum, quod est hypocritis. *Luc. 11. 2.* Ego scio (ait Paulus) quoniam inrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcetes gregi. *Act. 20. 29.*

Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. *Phil. 3. 2.*

Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum. *Coloss. 2. 8.*

Spiritus autem manifeste dicit, quia in novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum, in hypocritis loquentium mendacium. *1. Tim. 4. 1. 2. Tim. 3. 17.*

Hoc autem scito, quod in novissimis diebus insubstant tempora periculosa: erunt homines scipios amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemii, &c. *2. Tim. 3. 1. 2. Petr. 3. 3.*

Fuerunt vero & pseudoprophetae in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent scilicet perditionis, & eum, qui emit eos, Dominum negant, superdocentes sibi celerem perditionem, &c. *2. Petr. 2. 1. per totum caput.*

Cardium, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint: quoniam multi pseudoprophetae exierunt in mundum. *1. Joan. 4. 1. Judæ. v. 18.*

Pseudoprophetae habentur, qui curant antiquam per ordinariam potestatem mittantur.

ET dixit Dominus ad me: Falsis prophetæ vaticinantur in nomine meo: non misi eos, & non præcepi eis, neque locutus sum ad eos: visionem mendacem, & divinationem, & fraudulentiam, & seductionem cordis sui prophetaut vobis. *Jerem. 14. 14. c. 29. 9.*

Ecce ego ad prophetas, ait Dominus, qui assumunt linguas suas, & ajunt: Dicit Dominus. Ecce ego ad prophetas somnantes mendacium, ait Dominus, qui narraverunt ea, & seduxerunt populum meum in mendacio suo, & in miraculis suis: cum ego non misissem eos, nec mandassem eis, qui nihil profuerunt populo huic, dicit Dominus. *Idem. 23. 31. Vide v. 21.*

Quia non misi eos, ait Dominus: & ipsi prophetaut in nomine meo mendaciter: ut efficiant vos, & pereatis tam vos, quam prophetae, qui vaticinantur vobis. *Idem. 27. 13.*

Vident

Vident vana, & divinant mendacium, dicentes: Ait Dominus: cum Dominus non miserit eos: & perseveraverunt confirmare sermone, &c. *Exech. 13. 6.*

Spiritus intrudunt.

EGrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum ejus. *1. Reg. 22. 22.*

Et dixi, A, a, Domine Deus: Prophetae dicunt eis: Non videtis gladium, & fames non erit in vobis, sed pacem veram dabit vobis in loco isto. Et dixit Dominus ad me: Non misi eos, & non præcepi eis, neque locutus sum ad eos: visionem mendacem, & divinationem, & fraudulentiam, & seductionem cordis sui prophetaut vobis. *Jerem. 14. 13.*

Non mitebam prophetas, & ipsi credebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetaut. *Idem. 23. 21. c. 27. 15. c. 29. 9.*

Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum & nihil vident. Quasi vulpes in deserto, Prophetae tui Israel erant. Non ascendit ex adverso, neque oppositibus murum pro domo Israel, ut staretis in pælio in die Domini. Vident vana, & divinant mendacium, dicentes: Ait Dominus: cum Dominus, non miserit eos: & perseveraverunt confirmare sermone, Numquid non visionem cassam vidistis, & divinationem mendacem locuti estis? & dicitis: Ait Dominus: cum ego non sim locutus. *Exech. 13. 3. c. 14. 9. c. 34. 2.*

Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis: Nam si fuissent ex nobis, permanissent utique nobiscum. *1. Joan. 3. 19.*

Simplices seducunt.

SI surrexerit in medio tui prophetæ, aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit signum atque portentum, & egerit quod locutus est, & dixerit tibi: Eamus, & sequamur deos alienos, quos ignoras, & serviamus eis: non audies verba prophetæ illius, ut innotatoris: quia tentat vos Dominus Deus vester, ut palmam fiat, utrum diligatis eum an non, in toto corde, & in tota anima vestra. *Deut. 13. 1.*

Stupor, & mirabilia facta sunt in terra: Prophetae prophetaut mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus suis, &c. *Jerem. 5. 30.*

Et curabant contritionem filiarum populi mei cum ignominia, dicentes: Pax pax: & non erat pax. *Idem. 6. 14.*

Et in prophetis Jerusalem vidi similitudinem adulterantium, & iter mendacii, & confortaverunt manus pessimorum, ut non converteretur unquamque a malitia sua. *1. Reg. 23. 14.*

Hæc dicit Dominus exercituum: Nolite audire verba prophetarum, qui prophetaut vobis, & decipiunt vos: Visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini. *Idem. v. 16.*

Si stetit in consilio meo, avertissem utique eos a via sua mala, & acogitationibus suis pessimis. *Idem. v. 22.*

Audivi quæ dixerunt prophetae prophetautes in nomine meo mendacium, atque dicentes: Somnivi, somnivi. Uiquequod istud est in corde prophetarum vaticinantium mendacium, & prophetantium seductiones cordis sui? *Idem. v. 25.*

Prophetae tui viderunt tibi falsa, & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad penitentiam provocarent. *Thren. 2. 14.*

Prophetae autem ejus lineabant eos absque temperamento, videntes vana, & divinant eis mendacium. *Exech. 22. 28.*

Scitote Israel stultum prophetam, infantum virum spirituales --- Speculator Ephraim cum Deo meo: propheta laqueus ruinae factus est super omnes vias ejus, infantia in domo Dei ejus. *Osæ 9. 6.*

Surgunt enim pseudochristi, & pseudoprophetae: & dabant signa magna, & prodigia --- Nolite credere. *Mate. 24. 24.*

Nam ejusmodi pseudoapostoli, sunt operarii subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi. *2. Cor. 11. 13.*

Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum. *Coloss. 2. 8.*

Fuerunt vero & pseudoprophetae in populo, sicut & in vobis erant magistri mendaces, qui introducent scilicet perditionis, & eum qui emit eos, &c. *2. Petr. 2. 1.*

Hoc primum scientes, quod venient in novissimis diebus in deceptione illudores. *2. Th. 3. 3.*

Falsis se produnt.

PROpheta autem qui arrogantia depravatus, voluerit loqui in nomine meo quæ ego non præcepi illi ut diceret, interficitur. *Deut. 18. 20.*

Sacerdos & propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt a vino, erraverunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignorerunt judicium. *1. a. 28. 7.*

Prophetae ejus vesani, viri infideles. *Sophon. 3. 4.*

Attendite a falsis prophetis --- Numquid colligunt de spinis uvæ, aut de tribulis ficus? &c. *Mate. 7. 15. Luc. 6. 44.*

Tantum

Puniam furor se inducunt.

Propheta autem ille aut scilicet somniorum interpretatur: quia locutus est ut vos averteret a Domino Deo vestro, qui redemit vos de Terra Aegypti, &c. *Deut. 13. 5*

Propheta docens mendacium ipse est cauda. *Ista. 9. 15*
 Idcirco hæc dicit Dominus de prophetis, qui prophetant in nomine meo, quos ego non misi, dicentes, &c. In gladio & fame constumentur prophete illi. Et populi quibus prophetarent erant projecti in visis Jerusalem, præ fame & gladio. *Jerem. 14. 15*
 Propheta namque & sacerdos pollutus sunt: & in domo mea inveniri malum eorum, ait Dominus. Idcirco via eorum erit quasi lubri in tenebris: impellentur enim, & corruent in ea, afferam enim super eos mala, annum visitationis eorum, ait Dominus. *Ibid. 22. 11*

Propterea ecce ego ad Prophetas, ait Dominus, qui surantur verba mea unusquisque a proximo suo, &c. *Ibid. v. 30*

Et dixit Jeremias propheta ad Hananiam prophetam: Audi Hanania: non misit te Dominus, & tu confidere fecisti populum istum mendacio. Idcirco hæc dicit Dominus: Ecce ego mittam te a facie terræ: hoc anno morieris: adversus enim dominum locutus es. *Ibid. 28. 7*

Propterea hæc dicit Dominus Deus: Quia locuti estis vana, & vidistis mendacium, ideo ecce ego ad vos, dicit Dominus. Et erit manus mea super prophetas qui vident vana, & divinant mendacium: in consilio populi mei non erunt, & in scriptura domus Israel non scribentur, nec in terram Israel ingredientur. -- Eo quod deceperint populum meum, dicentes: Pax, & non est pax. *Ezech. 13. 8*

Hæc dicit Dominus super prophetas, qui seducunt populum meum: qui mordent dentibus suis, & prædicant pacem: & si qui non deserit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum prelium. Propterea vox vobis pro visione erit, & tenebra vobis pro divinatione. *Mich. 3. 7*

Fur. Vide Filius.

Pulcritudo. Vide Forma corporis.

T I T U L U S L X.

Punitio.

Punitio divina fit per Angelos.

Cumque extendisset manum suam Angelus Domini super Jerusalem ut disperderet eam, miserus est Dominus super afflictione, & ait Angelo percipienti populum: Sufficit: nunc contine manum tuam. &c. *2. Reg. 24. 16. 1. Paral. 21. 15. 16*

Factum igitur in nocte illa, venit Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia. *4. Reg. 19. 35. 2. Paral. 32. 22*

Semper jurgia querit malus: Angelus autem crudelis mittitur contra eum. *Prov. 17. 1*

A voce Angeli lugerunt populi, &c. *Ista. 33. 3*

Dixit Daniel ad Senem petulantem Susanna: Ecce enim Angelus Dei, accepta sententia ab eo, findet te medium. *Dan. 13. 55. Vide & v. 59*

Angeli Dei severissime puniunt Heliodorum. *2. Mach. 3. 15*

Mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de regno ejus omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem: & mittent eos in caminum ignis, &c. *Matth. 13. 41. idem v. 49*

Confestim autem percussit Angelus Domini, eo quod non desisset honorem Deo, & consumptus a veribus expiravit. *Azor. 12. 23*

Per homines.

Væ Astus, virga furoris mei, & baculus ipse est: in manu eorum indignatio mea. *Ista. 10. 5*
 Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi, ut auferat spolia, & diripiat prædã, & ponat illum in concubinationem, quasi lucum platearum. *Ib. v. 6* Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor ejus non ita astimabit, sed ad conterendum erit cor ejus, &c. *Ib. v. 7*

Et erit: cum impleverit Dominus cuncta opera sua in monte Sion, & in Jerusalem visitabo super fructum magnificæ cordis Regis Aßur. *Ibid. v. 12*

Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis servitæ fecit exercitum suum servitute magna adversus Tyrum. -- & merces non est reddita ei, neque exercitui ejus, de Tyro, pro servitute qua servivit mihi adversus eam. *Ezech. 29. 18* Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego dabo Nabuchodonosor regem Babylonis in Terra Aegypti: & accipiet multitudine ejus, & deprecabitur manibus ejus & diripiet spolia ejus: & erit merces exercitui illius. *Ibid. v. 19*

Punitio

Punitio malorum necessaria.

Maleficos non patieris vivere. *Exod. 22. 18*
 Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis, ut avertatur furor meus ab Israel. *Nom. 35. 4*

Impiis & peccatoribus reddet vindictam. *Ecclesi. 12. 4*

Novi opera tua, & fidem, & caritatem tuam, & ministerium & patientiam tuam, & opera tua novissima plura prioribus. *Apor. 2. 19* Sed hæc adversus te pauca: quia permittis mulierem Jezabel, quæ se dicit prophetem, docere & seducere servos meos, fornicari & manducare de idolothytis. *v. 20*

Ordinata.

Non occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus: sed unusquisque pro peccato suo morietur. *Deut. 24. 16*

Maledictus qui accipit munera, ut percutiat animam sanguinis innocentis. *Ibid. 27. 16*

Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. *Sap. 11. 17*

Verum sine judicio nihil facias grave. *Ecclesi. 33. 30*

Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. *Joan. 8. 7*

Non haberes protestationem adversum me ullam, nisi tibi datum esset deluper, (ait Dominus Filio). *Ibid. 19. 22*

Testor coram Deo & Christo Jesu, & electis Angelis, ut hæc custodias, &c. *1. Tim. 5. 21*

Ejusdem.

Pestilente flagellato stultus sapientior erit: si autem corripueris sapientem, intelliget disciplinam. *Prov. 19. 25*

Livor vulneris absterget mala: & plaga in secretioribus ventris. *Ibid. 20. 30*

Multato pestilente sapientior erit parvulus. *Ibid. 21. 11*

Peccantes coram omnibus argue: ut & ceteri timorem habeant. *1. Tim. 5. 20*

T I T U L U S XLII.

Pupillus.

Pupilli commendantur.

Viduez, & pupillo non nocebitis. *Exod. 22. 22*

Deus amat & facit judicium pupillo & viduez. *Deut. 10. 18*

Non pervertes judicium advenæ, & pupilli. *Ibid. 24. 17*

Si vindemiasveris vineam tuam, non colliges remanentes racemos, sed cedent in usus advenæ, pupilli, ac viduez. *Ibid. v. 21. Vide & c. 14. 29*

Maledictus qui perverit judicium advenæ, pupilli, & viduez, & dicit omnis populus: Amen. *Ibid. 27. 19*

Judicate egeno & pupillo: humilem & pauperem justificate. *Ista. 81. 3*

Et viduam, & pupillum, & advenam, & pauperem nolite calumniari. *Zach. 7. 10*

Quidam viduez non judicaverunt, causam pupilli non direxerunt, & judicium pauperum non judicaverunt. Numquid super his, non visitabo, dicit Dominus? aut super gentem ha-juscemodi non ulciscetur anima mea? *Jer. 5. 28. Item Ista. 1. 23*

Religio pura & immaculata apud Deum & Patrem hæc est: Visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc seculo. *Jac. 1. 27*

T I T U L U S XLIII.

Purgatorium.

Purgatorium, id est locum, ubi sunt anime quæ vivorum precibus & operibus juvari possunt,

& purgantur, esse, confirmatur.

Dominus mortificat & vivificat, deducit ad inferos & reducit. *1. Reg. 2. 6. Vide eadem verba Tob. 12. 2. Sap. 16. 13*

Ne lateris inimica mea super me, quia cecidi: confurgam, cum sedero in tenebris, Dominus lux mea est. Iram Domini portabo, quoniam peccavi ei, donec causam meam judicet, & faciat judicium meum: educet me in lucem, videbo justitiam ejus. *Mich. 7. 8*

Tu quoque, (Deus Salvator,) in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua, &c. *Zach. 9. 11*

Et sedebit (Deus) consilium, & emundans argentum, &c. *Malach. 3. 3*

Et facta collatione, duodecim millia drachmas argenti, misit (Judas Machabæus) Jerusalem offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, bene & religiose de resurrectione cogitans. *2. Mach. 12. 43* Sancta ergo & salubris est cogitatio pro delinquentibus exorare, ut a peccatis solvantur. *v. 26*

Esto consentiens adversario tuo cito, cum es in via (in hoc versu) cum eo: ne forte --- in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde donec reddas novissimum quadrantem. *Matth. 5. 25. Vide idem Luk. 12. 58*

Thesaur. Biblic.

G g

Et